

1825

C A S U I S T I C I.

1826

ris in tres particulas distributio, quae in *Traſtatus* et *Capitula* abeunt. Ipſummet inchoat Prologo: *Quoniam ſecundum quod dicit propheta Malachias, ymo Dominus per Malachiam: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam &c.* inſtruitque potiffimum de VII. *Sacramentis*. Librarii coronis: *Scriptum per me Mathiam Hayder feria 3^a. in die ſancti ſixti in lewbelſtarff Anno domini 1454.* quod Oppidum infer. *Auſtr.* nunc *Leubersdorf*, vel *Loibersdorf* adpellatur.

II. fol. 193. M. *Jodoci Weiler de Hailpruna Traſtatus*, ut e calce adſumo, de *Casibus Excommunicationis ſcilicet qui ſint de iure uel de conſuetudine*. Incipit: *Quia, circa literam, Vos eſtis ſal terre, curatus ſacerdos comparatur ſali &c.* et in IX. *Leſiones* diſiſus omnem *Excommunicationis*, *Reſervationum* &c. materiam in uſum *Confessariorum* egregie pertractat. Pronunciatum fuiſſe *wienne 1450.* in calce idem teſtatur *Mathias Hayder art. Baccal.* ſcriptor. De Autore ſaepius in his *Commentariis* actum eſt.

III. fol. 270. *Sermones* II. *Prior* habitus in novi *Sacerdotis* *Primitiis* agit de *Sacerdotum* dignitate, et incipit: *Omnes honorate &c. prima Petri 2 Quia fideles kariffimi nouellus ſummi dei ſacerdos &c.* Alter habitus videtur circa *Feflum* *Aſcenſionis* in illud: *Vado ad eum, qui me miſit. Job. 16.* Incipit: *Dominus noſter ihesus criſtus in preclaro ſermone &c.* ſed *Scriptor* imperfectum deſtituit.

DCCLXI.

Codex chartaceus lat. Sec. U. 192
XV. Folior. 195. 4. calamo craſſo exaratus et miniatus inſcribitur in *Theca* exteriori: *Casus ſummarij.* Puta ſuper V. *Libros Decretalium* Initium ἀνεπρυγαφον: *Gregorius episcopus Seruus Seruorum.* Ponitur *Titulus papalis* cum ſalutatione et perſone quibus ſcribitur. &c. Nondum fatiſ diſpicio inter *Bernhardum Bottonum Parmenſen*, et *Bernhardum de Montemirato Compoſtellanum*, quorum hunc circa an. 1250. illum circa an. 1240. floruiſſe, utrumque uero *Imocentio IV.* gratum fuiſſe ferunt. *Casus Longos ſuper V. Libros Decretal.* a *Bibliographis* jam huic, jam illi tribui uideo. Itaque uehementer ſuſpikor, non niſi de uno homine rem eſſe. Quod ſi ille praeter *Casus longos*, qui non ſemel ſub *Typographiae* initia prelo proditi ſunt, etiam *Breues* reliquit, hos praefenti *Codice* contineri cenſeo; *Casus* enim *breues Argent. 1493.* f. excuſi ſunt *Decretalium Sixti et Clementinar.*

DCCLXII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 1109
Folior. 277. 4. non una manu, munde tamen perſcriptus et partim rubro diſtinctus *Varia Viennensia* continet, quae enumeranda duxi. I. igitur habetur *Diſſertatio* *Epistoliaris* 17. *Capitulis* conſtans *Thomae Haſelbachii* noſtri ad *Petro-*

tronellam Magistram ac Conventum Sororum ad S. *Jacobum* f. Augustini ord. Canon. regularium in calce data *Anno domini 1454. Conuersionis sanctissimi Pauli die*, de *Contractibus Censuum*, in quantum liceant, prout jam *Vol. I. P. 3. col. 2604.* retuli.

II. fol. 49. *Tractatus de Discretione ἀδελφότητος*, constans *Capp. 36.* quorum 1. incipit: *Quod sola discretio religiosi summe necessaria perducit sine errore ad perfectionem. Bonum est sal. Luc. 13. Sal. discretionem significat. &c.* Definit ultimum: *stabilitas, quam quis vouet expresse, de qua tamen posterius latius dicitur.* Verum nihil sequitur. Praeterea in fronte *Opusculi* adjectum est: *Iste est tertius tractatus sive tertia pars.* Verum nihil antecedit. Quaerendus igitur est plurium ejusmodi *Libellorum* parens. Atque hic se offert M. *Nicolaus Kempf de Argentina* Carthusiae *Gemnicensis* in *Austria* alumnus, cujus quaedam ex alio *Codice* jam hoc *Vol.* indicavimus, vitam vero et *Scripta* refert *Bern. Pezius* in *Praef. T. IV. Biblioth. Asceticae.* Apud eundem etiam *T. IX. p. 381.* ipsum nostrum de *Discretione* *Tractatum* habes, nihil tamen de numero aut ordine *Tractatum* expeditum.

III. fol. 109. *Questio Vespertialis M. Pauli de Mellico.* Viri hujus, proprio nomine *Leubman*, etiam astronomica disciplina exculti, *Eccl. nostrae Cathedralis* tandem *Decani*, et a. 1479. ex-

tincti *Acta* referuntur in *P. II. Scriptor. Universit.* p. 14. et nos alibi hoc *Vol.* illius meminimus. *Quaestio* ejus *Vespertialis*, id est, pridie habenda, quam *Doctoratus* adsumantur *Insignia*, sic sonat: *Vtrum durante statu generalis Innocentie paradisi incole poterant mori, peccare, ac dampnationem incurrere?* Quomodo *Vesperiae* in *Universitate Vienn.* actae sint, vide in *Statut. Facult. Theol. Tit. XVI.* apud *Lambec. L. II. c. 5. p. 163.* aut in *Analect. Vindob. Kollar. T. I. p. 157.*

IV. fol. 117. *Questio vespertialis M. Johannis de Lambaco* professi *Monasterij ibidem.* Ita quidem: *Vtrum durante statu generalis Innocentie et corpus subdeditur anime ac singule eius vires fuissent deo obedienter subiecte?* De hoc *Coenobita Benedictino super Austriae* nihil mihi compertum.

V. fol. 125. *Discutitur Quaestio: Vtrum in sacramento altaris sit aliquid substantie panis?* Quatuor errores sibi refellendos sumit *Disputator*: 1) dicentium; *Substantiam Panis* annihilari. 2) manere una cum *Christi Corpore.* 3) *Suppositum Panis* desinere esse fecundum suum *Esse* suppositale *Paneitatis.* 4) *Panem* non remanere in *Esse* suo perfecto, sed quodammodo sopito. Et hunc ultimum errorem ait referri *sub protestatione tamen*, et *sine eius assertione a Stanislao* (de *Znoyma*) in *tractatu, quem prage de presenti conscripsit materia*, quemque nos non semel priore *Vol.* indicavimus.

Ter-

Tertium errorem revocatum fuisse Parisiis testatur tempore Engelberti Abb. Admontensis, de quo Polygrapho a. 1331. mortuo videri potest ex aliis Fabricii Bibliotheca med. Lat.

VI. fol. 133. In uesperijs M. Matbye de weinsperg. 1454. Quaestio: *Vtrum christus resurgens ex mortuis omnem carnem assumptam et sanguinem in passione effusum glorificauerit dotibus gloriosis?* Eandem Quaestionem ab Husso ventilatam pluries notauimus Vol. I. De Sanguine ait Noster: *Totus qui de Corpore Christi effluxit, cum ad veritatem humane nature pertineat, in Christi Corpore resurrexit; Sanguis autem ille, qui in quibusdam Ecclesiis pro Reliquiis observatur, non fluxit de latere christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam Imagine Christi percussa.*

VII. fol. 145. habentur Capita de Gula, Luxuria et Acedia excerpta, ut videtur, e Tractatu integro de VII. Vitiis capitalibus.

VIII. fol. 156. Incipit Confessionale de septem Vicijs capitalibus. Secundum Magistrum et Doctores &c. Est Nicolai de Dünkelspühl, ut dictum Vol. I. P. I. col. 226.

IX. fol. 172. Collatio nomine vniuersitatis ad suscipiendum ducem Sigismundum, sed nondum pronunciata. Manus Thomae de Haselbach, qui ad calcem adjecit: 1452. incepti hanc collationem in die animarum et collegi per 3. dies subito. et debui pronunciare coram Sigismundo duce austrie regente attisl. (Athesino s. Tyrolensi) in Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

dieta que celebratur eodem anno hic wyenne ex parte vna Friderici Imperatoris et ex parte altera Ladislai regis Vngarie, Boemie et ducis Austrie, sed non presentauit se ad istam dietam. Collatio incipit: *Serenissime — verbum faciendo ad vestram excellentissimam dominationem quo saltem digne &c.* et in Topicis de Principum Officiis infumitur.

X. fol. 176. infertus est Codici Index alphabeticus in Tractatum quendam Juris Canon. scriptus Sec. XIV.

XI. fol. 200. Regimen in Podagra, quod incipit: *Dispositio cuiusdam Honorabilis Patris ac fautoris specialissimi est Passio guttosa seu artetica. Quoniam humor crudus cadit et ruit guttatim a venis per earum capita lata a generatione uel a tempore ad iuncturas subiacentes laxas et raras &c.* Tractatur negotium pathologicae, diaeteticae et therapeuticae, fortassis in ipso Haselbachii commodum. Sed nempe: *Tollere nodosam &c.*

XII. fol. 207. Audita. Sub hoc titulo varia Manus multa congestit currente calamo, non raro lectu difficilia, partim historica, literaria partim, partim theologica et canonistica. Ita narrat v. g. *In die sancti Andree apostoli Anno D. MCCCC27. fuit dies frigidissima et audiui a Magistro Nicolao (de Dünkelspühl) quod in capella magistrorum Missam legisset, et preterquam sub canone et circa sumptionem sacramenti ante et post fuisset tectus*

D

capite

1831

C O D I C E S

1832

capite cum mitra. Hec propter hoc scribo, ut sciatur, quod deus non vult sibi fieri obsequium, nisi rationale. Varia de Johanne de Palomar inter Legatos Basileenses tunc Viennae commorante, quo loco audiamus Georgium Lichtensteinum pro se, servisque suis peccati veniam ab illo petentem: Nota das mein Herr von Osterreich vnd ich Jörg von Liechtenstein untereinander stoffig sein gewesen von ettleicher pawren vnd Hinderfessen wegen, die zehent vnd oberlennt haben, vnd von mier Jörgen von liechtenstein zu leben vurent, vnd der mein voruodren saligen vnd ich lang zeyt in nucz vnd gewer gefessen sein, vnd derselben pawren sich ettleich von mier zu dem benannten meinen Herren getzogen, vnd sich Im an (ohne) meinen willen vnd an Recht zugesagt betten. Also hat sich gefügt, das ich Jörg von liechtenstein zu derselben pawren ainem ettleich meiner diener gesant vnd den entpotten hab, daz er zu mier köme die lebenschafft ains zehents von mir nemme vnd mier mein gerechtkayt vnd geborsam darumb tün scholt, als er mier des schuldig sey. Darauff sein antwurt was. Ich will noch ter (darf) den zehent nicht westen (vestire?) wann es ist mir von Hansen von Rorbach verpotten. Ich wil in aber auff dem veld ligen lassen, vnd scholt er darauff verderben oder die saw essen. Darnach komen meiner diener funff am andern tag vnd wolden mier den selben zehent vnd auch ander mein zehent zu meinen Handden genömen vnd pracht ha-

ben. Also het sich der selb pawr mit sechs geraysigen vnd acht zefuessen westelt vnd was mit zwain wegen in dem veld vnd legt den zehent auff vnd wolt mir den also enphürt haben vber das versprechen, daz er vor getan het. Daz ersahen die selb mein funff diener vnd riten den wagen zu. Die wurden ver In mit dem zehent fluchtig alslang vncz daz si mein Diener erriten. Also rannten die selb mein diener in dieselben, die pey dem wagen warden vnd sprachen zu In: Ir verheyten pöswicht warum enphürt ir meinen Herren seinen zehent hin, vnd schussen vnd slugen in sew, domit meiner Diener ainer mit rofs mit all ward nidergestlagen gewunnt vnd gevangen, vnd der iren ainer von leben zu dem tod pracht. Also hat es sich vergangen. Darauff pit ich ewr wirdikayt. Ir welleit baylsamleich darinn raten, damit ich der sachen got enpunden vnd ledig wurd, vnd welleit auch sunderleich rathsam sein, damit die vorgeantten mein funff diener, dauon der todslag gescheben ist, auch zu gottes gnaden komen vnd enpunden würden. Quid ad haec Caussarum Pontif. Auditor? Si res ita se habet, quod ipse erat in possessorio, et illi rustici spoliabant eum possessione sua interuertendo possessionem, et per seruos defendendo possessionem suam deuentum est ad rixas, prout narratur, committimus domino thome presbitero confessori illustrissime domine ducisse, quod audita confessione ipsius nobilis et etiam familiarium suorum iniunctaque penitentia

1833

C A S U I S T I C I.

1834

tentia salutari familiaribus, qui interfuerunt rixe, ubi est secutum homicidium, publica iuxta morem beneficium absolutionis impendat. *Job. de Palomar Auditor* 18. marcij. Anno d. 1435. Negotium a tempore messis a. 1434. fatis protractum. Sequuntur et variae aliae hujus Viri Decisiones, Epistola ad Monasterium aliquod de esu Carnium distincta a Tractatu, quem de eadem materia ad *Johannem Scotorum Viennae Abb.* scripsit, item pia Precatio in usum *Alberti II.* Imp. ipso ejus anno emortuali 1439. composita, in qua inter alia orat optimus Princeps: *Omnes ministros meos fac omnem impietatem et injustitiam abhorrere et libenter et prompte iustitiae et tuis beneplacitis ministrare &c.*

XIII. fol. 233. Declaratio facta a *M. Narcisso* (*Herz de Perching*) et domino ordinario *Johanne Polzmacher* (Jur. Can. Prof.) ex commissione *Episcopi Patauiens.* super certis difficultatibus in peragendis anniuersarijs a fratribus monasterij scotorum wyenne. Recensus variarum Foundationum et Legatorum, quae vel in desuetudinem venerant, vel cum aliis commixta erant, vel de quorum perfolutione dubium erat. Unde hic praedictorum Virorum arbitrato definitur, ad quid deinceps teneatur Monasterium; idque a. 1442.

XIV. fol. 236. p. 2. redeunt iterum Miscellanea ad Forum Conscientiae, Disciplinam claustralem, Res conciliares &c. pertinentia. In his sunt: *Modus brevis et utilis reformationis per M. Job. Nider*

*sacre theologie D. priorem predicatorum in Wyenna. Pro Sororibus s. Marie Magd. in Suburbio Wyennensi de ordine penitentium, quae habebant statuta antiqua sororum sancti Sixti rome degentium ord. pred. sed valde defluerant. Bulla Nicolai V. 1452. secundum quam Moniales Monasterij sancti Jacobi Wyenne habent auctoritatem eligendi sibi confessorem, lat. et germ. Bulla Indulgentiarum: Vox jucunditatis &c. promulgata Basileae 1436. in Sess. XXIV. ut extat Edit. Venet. Collect. Concill. Labb. T. XVII. col. 340. Quaestio a *M. Narcisso Herz* in Scholis lecta: *Vtrum Contractus venditionis et emptionis cum pacto de reuendendo rem pro simili pretio venditori ad tempus certum uel incertum, quod vendens et emens interposuerunt, sit vera emptio et contractus licitus. Consolatoria epistola Nouiciorum docens eos, ne tentationibus fracti desistant ab inceptis. Exaratam puto a Nicolao de Dünkelspühl pro, ut in calce habetur, M. Thoma de cisterciensibus pro tunc nouicio in kemniko (Gäming) ord. Karthusiens. Binae Epistolae Aeneae Silvii tunc apost. a latere Legati, ep. Senensis ex noua Ciuitate (Neostadio Austr.) prior die 6. Febr. 1454. Altera fine die 1455. Prior incipit: Venit ad nos pridie Michael puer tuus &c. et ad quendam Doctorum Viennens. directa graviter de iis conqueritur, qui teneram Pueritiam ad emittendum votum ingrediendi Ordinem aliquem religiosum sollicitant, ut anno 13. aetatis**

1835

C O D I C E S

1836

tis *Michaeli* illi factum est. Alterius, quae dispensat cum Vidua contra votum ad secundas Nuptias digressa, initium est: *Ex parte dilecte nobis in Christo N. Wyenne commorantis &c.* et inscriptio: *Johanni diuinorum socio parochialis ecclesie sancti Stephani &c.* Nescio, an inter impressas Epistola.

DCCLXIII.

- R. 25 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 255. f. currente calamo per duas columnas exaratus, et minio pernotatus continet: I. *Quaestiones VII. de Indulgentiis*, quarum prima infit: *Primo ergo quero Vtrum indulgentie tantum valeant quantum sonant. Ante responsum ad questum sciendum est. Primo dico quot indulgentie nichil aliud sunt nisi thesaurus ecclesie &c.* Ad quendam Magistrorum *Viennensium* referendas putem, et fortasse *Henricum de Hassia*, cujus Opusculum de *Ecclesiae Clavibus et Indulgentiis* memorat *Petresus* in *Bibl. Carthus.* p. 131. quamvis perperam ad *Henricum de Hassia juniorem* referat.
- II. fol. 8. sequuntur *Quaestiones de Angelis* pariter scholasticae, hoc initio: *Hic queri solet quam sapientiam habuerint ante casum &c.* Eundem, ut videtur, autorem habent, sed sine mutilae sunt.
- III. fol. 11. praevio *Indice*, nullis tamen inscriptionibus praenotati succedunt *Sermones de Tempore per totum annum*, a prima nempe *Dominica Adventus* usque ad *XXV.* post *Trinit.* In sola cal-

ce legas: *Explicit jacobus de tempore.* Hinc intelliges *Jacobum de Voragine (Varaze)* ex *O. P.* eventum ad infulas *Januenses*, et humanis exemptum a. 1298. qui praeter famosam illam *Legendam auream*, sive *Lombardicam* *Sermones* etiam *Quadragesimales*, de *SS.* et nostros praesentes reliquit. Adi de eo, ejusque *Operibus Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 454.* *Sermones* pluries typis excusi sunt. Contuli editioni *Venetae* 1579. 8. Codicem, eique deesse deprehendi ad fol. 141. *Sermonem III. de Pentecoste*, et subsequos *III. de sancta Trinitate*, qui in edit. decurrunt a fol. 179. (lege 197.) ad fol. 208. At vero in compensationem Codex a fol. 247. *Sermones* exhibet *IX.* qui in edit. desunt, et ad *Ascensionem Domini*, *Pentecosten*, *Trinitatisque* *mysterium* pertinent. Eorum porro initia haec sunt: I. *Qui descendit ipse est, qui ascendit super omnes celos &c.* II. *Psallite Deo qui ascendit super celum celi &c.* III. *Repleti sunt omnes spiritu sancto &c.* IV. *Ignem veni mittere in terram &c.* V. *De excelso misit ignem in ossibus meis &c.* VI. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit &c.* VII. *Cor mundum crea in me Deus &c.* VIII. *Benedicat nos Deus, Deus noster &c.* IX. *O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei &c.* Qui *Sermones* omnes habentur inter *Sermones de Sanctis* eadem forma a. 1573. *Venetis* excusos.

DCCLXIV.